






OBSERVAT. SIDERE AE


Etum daturam. Depressiores insuper in Luna cernuntur magna maculae, quam clariores plague; in illa enim tam crescente, quam decrescente semper in lucis tenebrarumque confinio, prominente hincidè circa ipsas magnas maculas contermini partis lucidoris; veluti in describindis figuris obseruauimus; neque depressiores tantummodo sunt dictarum macularum termini, sed æquabiliores, nec rugis, aut asperitatibus interrupti. Lucidior vero pars maximè propè maculas eminet; adeò ut, & ante quadraturam primam, & in ipsa secunda circa maculan quandam, superiorem, borealem nempè Lunę plagam occupantem valde attollantur tam supra illam, quam infra ingentes quada eminentiae, veluti appositæ præferunt delineationes.



Hæc

RECENS HABITAE.


10



Hæc eadem macula ante secundam quadraturam nigroribus quibusdam terminis circumvallata conspicitur; qui tanquam altissima montium iuga ex parte Soli auersa obscuriores apparent, quæ vero Solem respiciunt lucidores extant; cuius oppositum in cavaitudibus accidit, quarum pars Soli auersa splendens appetat, obscura vero, ac umbrosa, quæ ex parte Solis sita est. Imminuta deinde luminosa superficie, cum primum tota secunda dicta macula tenebris est obducta, clariora motum dorsa eminenter tenebras scandunt. Hanc duplicem apparentiam sequentes figura monstrant.

C 2 Vnum





## PLEIADVM CONSTELLATIO.



Quid tertio loco à nobis fuit obseruatum, est ipsius met LACTEI Circuli essentia, seu matres, quam Perspicilli beneficio adeò ad sensum licet intueri, ut & alterationes omnes, quæ per tot sècula Philosophos excrucia runt ab oculata certitudine dirimantur, nosque à verbosis disputationibus liberemur. Est enim GALAXY A nihil aliud, quam innumerarum Stellararum coaceruatum confinarum congeries; in quamcumq; enim regionem illius Perspicillum dirigas, statim Stellarum ingens frequentia se se in conspectum profert, quarum complures satis magna, ac valde conspicua videntur, sed exiguarum multitudo prorsus inexplorabilis est.

At cum non tantum in GALAXYA lacreus ille candor, veluti albicanis nubis spectetur, sed complures consimilis coloris areole sparsim per aethera subfulgeant, si in illarum quamlibet Specillum conuertas Stellararum constipatarum

ctum



81 OBSERVAT. SIDEREAE

Ori.

\*

\*

○

\*

Occ.

Stella occidentaliori maior, ambae tamen valde conspicuae, ac splendidæ: vtræ quæ distabat à loue scrupulis primis duobus; tertia quoque Stellula apparere cœpit hora tertia prius minimè conspecta, quæ ex parte orientali louem ferè tangebat, eratque admodum exigua. Omnes fuerunt in eadem recta, & secundum Eclipticæ longitudinem coordinatae.

Die decimateria primum à me quatuor conspectæ fuerunt Stellula in hac ad louem constitutione. Erant tres occidentales, & vna orientalis; lineam proximè

Ori.

\*

○

\*

\*

Occ:

rectam constituebant; media enim occidentalium paululum à recta Septentrionem versus defiebat. Abarat orientalior à loue minuta duo: reliquarum, & louis intercapedes erant singula vnius tantum minutæ. Stellæ omnes eandem præ se ferebant magnitudinem; ac licet exiguum, lucidissimæ tamen erant, ac fixis eiusdem magnitudinis longe splendidiores.

Die decimaquarta nubilosa fuit tempestas.

Die decimaquinta, hora noctis tertia in proximè depicta fuerunt habitudine quatuor Stellæ ad louem;

Ori.

○

\*

\*

\*

\*

Occ.

occidentales omnes: ac in eadem proxim recta linea dispositæ; quæ enim tertia à loue numerabatur paululum

RECENS HABITÆ.

19

dulim in boream attollebatur; propinquior loui erat omnium minima, reliqua consequenter maiores apparebant; interualla inter louem, & tria consequantia Sydera erant æqualia omnia, ac duorum minutorum: at occidentalius aberat à sibi propinquo minutis quatuor. Erant lucida valde, & nihil scintillantia, qualia semper tum ante, tum post apparuerunt. Verum hora septima tres solummodo aderant Stellæ, in huius-

Ori.

○

\*

\*

Occ.

cemodi cum loue aspectu. Erant nempe in eadem recta ad vnguen, vicinior loui, erat admodum exigua, & ab illo semota per minutâ primatrici; ab hac secunda distabat min: vno; tertia verò à secunda min: pr: 4. sec: 30. Post verò aliam horam duæ Stellulæ mediæ adhuc viciniores erant; aberant enim min: sc: vix 30. tantum.

Die decimasexta hora prima noctis tres vidimus Stellas iuxta hunc ordinem dispositas. Duæ louem

Ori.

○

\*

\*

Occ.

intercipiebant ab eo per min: o. sec: 40. hincinde remota, tertia verò occidentalis à loue distabat min: 8. Loui proximæ non maiores, sed lucidiores apparebant remotiori.

Die decima septima hora ab occasu o. min: 30. huiusmodi fuit configuratio. Stella vna, tantum orientalis à

Ori.

○

\*

\*

Occ.

loue

